

vulneri applicatus sit venenatus. Aliàs vipera per se est salutaris, & ditata usibus pro morbis malignis & venenatis, quibus viperis in defectu earum possunt substitui alii quicunque serpentes, teste ZWÖLFERO p. 150. pharmacop. Reg. penult. edit. Colligenda sunt imprimis viperæ it. serpentes verno tempore, quando exuvias deposuere, & denuò incipiunt vesci plantis vernalibus & tenellulis, tunc enim præ cæteris sunt in usu. Quod virtutes attingit, multum conveniunt in morbis malignis ac venenatis quibuscunque, tam in febribus malignis & pestilentialibus, quam in specie, quando jam usque eò res devenit, ut pulvis videatur deficere. Præterea in sue Fea & gallica mirè conducunt viperæ: sic decoctum viperarum commendat TACHENIUS pro cura morbi gallici in Hippocr. chymicop. 65. Et D. MICHAEL curavit aliquando quendam gallicum cum sua Essentia viperina, ita ut post curam cuticula de toto corpore potuerit detrahi eodem modo, quò deponunt viperæ exuvias. In Elephantiasi & lepra non efficaciora habentur & magis appropriata remedia quam ex viperis. Nota namque est historia à GALENO commemorata de Elephantiasi desperata, vino, in quo extinctæ fuerunt viperæ, curata. Vid. ZWÖLFERUS. In scabie continua maligna nihil melius est interno usu viperis: valdè enim Massam sanguineam renovant, & vitale balsamum quod, quoddam rejuvenescentiæ inducunt: Ulterius in sterilitate mulierum valdè conveniunt, uti etiam in scæcundis maritis: sic refert HELIDÆUS PADUANUS in observationibus rarissimam historiã de muliere leprosa & sterili, quæ ex usu decocti viperarum liberata fuit à lepra & scæcunda facta, ut aliquoties postmodum pepererit. Esus carnis viperinæ mulieres reddit scæcundas sicuti etiam maritos. Unde quidam Principes solent pascere gallos carnis viperarum, ex quarum esu sibi conciliant scæcundum matrimonium. Cæterum etiam vipera sunt egregium Cosmeticum interno usu: propterea scæmellis Italis & Anglis in usu sunt vina viperina pro concilianda faciei elegantia & nitore. Vid. FEBURE in Chymia ubi de viperis. Præterea in strumis & scrophulis nihil est melius medicamenti viperinis interno & externo usu. Internè multum commendantur: Externè AXUNGIA, pinguedo vel  $\circ$  viperarum in magno foret usu, CORDA & EPATA viperarum sunt specificum remedium in curã dysenteria epidemica, in quã curandã non habetur simile remedium. Sunt qui per usum pulveris viperini ac serpentini se volunt reddere immunes à morsu viperarum & serpentum, si quis sumserit pulverem: quod tamen non credo. Nihilominus satis est expertus ZWÖLFERUS, fallax tamen adhuc ejus videtur experientia. Aliàs in morsu vipera venenato non datur melius remedium ferro candente applicato ut non urat, sed saltem calefaciat: vel expertum est remedium, si applicatur buso vel aridus  $\nabla$  appropriata humectatus, vel convenit vivus contusus & instar Cataplasmatis applicatus vid. Dissertat. de morsu vipera. Frustraneus ergo earum est metus & muliebris, qui putant, quod caput, fel & cauda sint venenata: Filum rubrum setaceum, cum quo strangulata fuit vipera si circumdatur collo anginã laborantes, eandem curare dicitur propter ideam strangulationis & suffocationis. Vid. BARTHOL. tum in Tr. de angina puerorum, tum in Cent. 4.

hist. anatom. hist. 73. Dixi, quod viperæ interno usu sint egregium Cosmeticum pro conservando & conciliando faciei nitore. Unde axungia viperina convenit vetulis pro delendis rugis faciei, wenn alte Huren gerne wollen schön seyn: Tunc enim vel sola applicata, vel mista cum balsamo Peruviano est egregium medicamentum. Quod dixi de vipera in morbo gallico adhuc confirmat experientia D. MICHAELIS, qui aliquando restituit gallicum beneficio viperarum, cui ita læsum peticranium, ut ferme decideret propter corrosionem factam à veneno gallico. Quod attingit modum applicandi viperas, in usu est iste varius: & quidem modum, quo debent nutriri capones & galli, describit elegantem ZWÖLFERUS p. 215. pharmacop. Reg. qui idem auctor quoque p. 150. demonstrat & declarat, quomodo præparanda sint vina viperina. Deinde fiunt pulveres ex viperis, qui vocantur Bezoardici animales, quorum pulveris variæ hinc inde ap. auctores prostant præparationes. Optima est si viperæ recentes exenteratæ exsiccentur per fumum baccarum Juniperi: si scilicet per baccas Juniperi fiat suffimentum, & exsiccentur viperæ, quæ exsiccatæ possunt pulverisari, hujus pulveris sicci  $\beta$  partes 3. cui misce flor.  $\Delta$  & Myrrha pulveris  $\alpha\alpha$  part. 1. vel partem  $\beta$ . & adspargatur postmodum aliquot guttis  $\circ$  Cinamomi & ligni Rhodii & erit egregius pulvis bezoardicus animalis. Alii  $\beta$  viperas easque benè lotas in vino Malvatico, miscent cum  $\Theta$  prunella - seu  $\Phi$  fixo, & exsiccant viperas in loco calido, ut redigi possint in pulverem, absterfo tamen prius  $\Theta$  prunellæ, & huic pulveri addunt corda & epata propria pulverisata, similiter & irrorant spir. vini, sicque pro usu reponunt. Plures qui vult compositiones pulver. bezoardicorum viperarum vid. ZWÖLFERUM, qui perstringit Trochiscos viperarum, tanquam maximè inutiles, quia sint tantum massa panis cum paucis viperarum reliquiis permista. Propterea à modernis in compositione Theriacali assumitur loco trochiscorum pulvis bezoardicus animalis. De  $\Theta$  viper. vid. ZWÖLFER. ubi de vipera.  $\Theta$  THERIACALE modernorum est  $\Theta$  vol. viperarum & serpentum, quod prodit ex iis per retortam igne aperto, cum quo  $\Theta$  simul prodit spiritus &  $\circ$  destillatum. Hoc  $\Theta$  vol. est magni usus & efficacis in morbis malignis & venenatis à gr. v. vel vi. ad  $\beta\beta$ . vel solum vel addito grano Camphoræ in  $\nabla$  appropriata, ubi summa viget malignitas. Sunt qui volunt figere  $\Theta$  viperarum per acida, sed parant exinde crudum  $\Theta$  \* cal. est, potius  $\Theta$  vol. sub formâ  $\Theta$ . vol. usurpandum, quam frustra figendum per acidum. Nam omnis fixatio salium volatilium per acida est potius destructio quam fixatio, uti declaratum dedi in Dissertatione supra citata de morsu vipera. Essentia viperina quam habet AUCTOR, ut & alia de  $\Theta$  vol. sunt satis clara & vera; & si rectè præparetur Essentia est egregia tinctura, & colorem habet omninò rubicundum. Sunt qui parant ex viperis medicamentum, quod vocant astrum microcosmi, ex serpentibus vel viperis: & serpentes vel viperas recentes contusas, abstrahunt in balneo phlegma, quod denuò affundunt, & addunt dimidium spiritus vini, putrefaciunt in fimo vel balneo per 4. septimanas, sublimant postea, & ascendit astrum crystallinum, quod in calore se coagulat, in frigore v. se in  $\circ$

\* A a

resol-